

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Dilectio o  
cum uariis

Quando ignorabam, me instruxit; quando errabam, me reduxit; quando peccabam, me correxit; quando steti, me tenuit; quando cedidi, me erexit; quando iui, me duxit; quando ueni ad ipsum, me suscepit. Et subdit: Nec pro hiis omnibus quid illi rependam habeo nisi tantum ut diligam. Non enim melius nec decencius quam per dilectionem rependi potest quod per dilectionem datum est.

Bernardus super illud: Quid retribuam Domino pro omnibus et cetera.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

quando cecidi me erexit *om.* M; illi *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; illud] Psalmi *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; pro omnibus *om.* C P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>